

Primasus. Ut minus lucrent, & dies eandem partem omittet, & nox similiter.

Syrus. n. 13. Et audiui aquilam unam volentem in medio caudæ, quæ sanguinem habet, dicentem voce magna: vā, vā, vā, qui habitant super terram à vocibus reliquarum tubarum illorum trium Angelorum, qui clangent.

Arabicus. Et vidi, atque audiui Angelum, quendam volentem ter dicentem vā incolis terræ, è reliquis clangoribus trium buccinarum, & è tribus illis Angelis qui sunt iis canturi.

Arias. De cæteris vocibus tubæ trium Angelorum futurorum clangere.

Vatabl. Pagn. Vidi unum Angelum volentem per medium Cæli.

EXPOSITIO VIII.

165. T quatuor Angelus tuba cecinit. Quartus nempe ordo Prædicatorum prædicare, & clamare cæpit, malum, quod ex hæretica pravitate ac peccatorum nequitia resolutavit; & tertia pars solis percussa est, & tertia pars lune, & tertia pars stellarum.

Quid sol, luna, & stella, significent.

167. Et vidi, & audiui vocem unius aquila volantis per medium Cælum. Aquila frequenter in Scriptura ob suam velocitatem, ac perspicaciam indicat futura mala, quæ venient è longinquo: Ac proinde hic aquila denotat intimidationem ac testificationem in Apocalypsi factam de tribus sequentibus Angelis qui sunt tuba canturi, ex quibus multa mala proveniunt in orbe. Et ideo tripliciter ingeminat Aquila vā ob gravitatem ipsorum malorum quæ futura sunt, ut videbimus.

Quid significet Aquila.

QUESTIO XVII.

Quare quarto Angelo canente tanta obtenebratio fit in mundo, ut obscuraretur tertia pars solis, luna, & stellarum?

168. Nota quæstio intendit, quidnam in præsentibus significetur nomine solis, lune & stellarum. Et primò Aureolus, & Lyranus per istum Angelum accipiunt Eutychem, & Nestorium hæresiarchas: Ille in Christo constituit unam tantum naturam permixtam ex Deitate, & humanitate, hic verò in eo posuit duas personas, unde negavit Christum hominem esse Deum, ac B. Virg. esse Deiparam; sed non benè per Angelos hujusmodi hæresiarchas exprimuntur, nec hinc alia symbolica eis aptè conveniunt; de quibus hinc agitur.

Aureol. Lyran.

169. Secundò, Alcazar hæc accipit de ignorantia, & excæcatione, qua Judæi à Deo percussi sunt, Christum enim Dominum Mundi lucem, nec viderunt, nec receperunt; obcauti enim non viderunt solem, id est non cognoverunt Deum Trinum, & unum; nec lunam id est humanitatem Christi, nec stellas id est Apostolos eorumque Evangelicam doctrinam; & tertia pars syderum dicitur obscurata, quia mansit in eis aliqua Dei cognitio per creationem, ac ejus opera; tamen major cognitio legis, & Prophetarum est obtenebrata, ut non intelligerent, nam si redè intelligerent Christum Dominum, ut verum Deum ac Messiam cognovissent, & recepissent. Hæc & alia, Alcazar in præsentibus, quæ interpretatio non est genuina, quia hinc nihil de Judæis agitur, eisque non potest convenire symbolum solis, lune & stellarum: Quis non videret verba sacra denotare aliquam lucem adeptam esse soli, lune, & stellis ex ea quam jam habebant: At Judæi refractarii nunquam veram de Christo cognitionem habuerunt, ac proinde eis ænigma non potest adaptari.

Alcazar.

170. Tercio, Ribeira, Cornelius, Menochius, Tyrinus, existimant hæc ad litteram ut sonant accipienda esse, & ita Cornelius. Verè enim in Menoch. sine mundi obscurabitur sol, luna, & stellæ, ut vidimus, cap. 6. vers. 12. ita ut dies non luceat eorum tertia pars, id est ut dies aquæ ac nox tertia parte fiat obscurior solito. At hæc sententia non subsistit, quia hoc ænigma, ex jam probatis patet: quod non potest accipi ad litteram ut sonat, & confirmatur, quia jam cap. 6. num. 12. ut fatetur Cornel. hoc annuntiatum est de obscuritate luminum, cur ergo hæc iterum in eadem visione continua annuntiantur? Et in eam tautologiam admittitur. Et confirmatur 2. ut dicitur in text. Et dies non lucet ac tertia pars, & noctis similiter. Ubi dies est in casu gignendi, sicut & noctis, ergo si dies brevior erit, necesse est ut nox sit longinquior. Ex text. patet, quod tertia pars diei & noctis erit similiter, & æqualis.

Ribeira, Corncl. Tyrin.

171. Tertia sententia, quam tradunt Richardus de sancto Victore, Cælius, Pannonius, Viegas & alii per hunc Angelum quartum Prædicatorum ordinem intelligunt; videns scilicet hostis antiquus

Rich. Cæl. Pannon. Viegas.

antiquus, nec per Judæorum adversitatem; nec per tyrannorum persecutionem, nec per hæreticorum pravitatem, Evangelicam Prædicationem posse impedire, adjungit hypocritarum simulationem, & dicitur tertia pars solis, lune & stellarum obscurata. Tertia pars solis, quia Christus sol justitiæ, qui in fidelibus resplendet, in multis a nullo fidei lumine non lucet, tertia pars lune, hoc est bona pars Ecclesiæ deficit: Similiter tertia pars stellarum, hoc est Ecclesiæ doctorum eidem tenebris implicita non micat: Ita Viegas, aliter rem explicat. Richard. Victo inus. Tertia pars solis, ait, percussa est, id est, sensus humanus in hypocritis obscuratus est: tertia pars lune, id est justitia eorum, quæ deberent per augmentum crescere: & tertia pars stellarum, id est virtutes eorum, quæ deberent multipliciter lucere, ut obscuraretur tertia pars eorum, id est universa claritas in conversione hypocritarum. Hæc sententia licet videatur plausibilis, tamen non redè explicat quomodo in hypocritis dicatur obscurata tertia pars solis, lune & stellarum, nam si per stellas accipiuntur Doctores, hi jam intelliguntur sub tertia parte lune, hoc est Ecclesiæ, sicut etiam ibi denotantur Pontifices, & Prælati.

In hypocritis omnia tenebrosa.

Richard.

172. Vera sententia, Joachim. Albert. Hugo. Gagn. Ferrar.

Quarta vera, ac genuina sententia, quam tuerentur Joachimus Abbas, Albert. Magn. Cardinal. Hugo, Gagn. Ferrar. quod hic scilicet explicatur mala eventura mundo, & inter cætera, hoc est gravissimum quod continget omnibus Ecclesiæ ordinibus expressis sub sole, luna, ac stellis, dum à sua primæva justitia sanitate, ac fervore cadunt, sol ænigmaticè nobis dicit summum Ecclesiæ ordinem, luna medium, stellæ infimum.

173. Prælati non variatur per incrementa.

Sol ergo denotat majores Prælatos, ut Pontifices, quia, ut inquit Albert. Magn. sol totum mundum illuminat; sic & Prælati lumina sunt aliorum. Vos estis lux mundi. Matth. 3. Secundò, quia sol non variatur per incrementa, & decremента, sed idem semper stat; sic Prælati debent esse stabiles, ut nec adversitate, nec prosperitate moveantur, nec maledictione, nec benedictione. Ecclesiast. 26. n. 12. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Tercio, quia sol non indignatur servire minori, scilicet terræ, quam ornatur speciebus diversis; sic Prælati debent esse ministri omnium ad exemplum illius veri solis, qui venit ministrare, & non ministrari.

Ecc. 27.

174. Populus suis operibus laudat Deum.

Per lunam verò intelliguntur cæteri Ecclesiastici, sic illi qui à Prælatiis recipiunt lumen potestatis & jurisdictionis in suo ordine. Per stellas verò denotatur reliquus populus Christianus. Nam stellæ sunt ornatus Cæli, sic & ipsi ornatus Ecclesiæ: stellæ parvæ apparent; & ipsi in Ecclesia parvum statum habent. Item stellæ suis moribus suum laudant creatorem; tales suis operibus ipsum laudant & glorificant.

175.

Et dicitur percussa est tertia pars solis, & tertia pars lune, & tertia pars stellarum, & hoc fuit summum & maximum malum, quod annuntiat in omnibus Ecclesiæ ordinibus, summo scilicet, modo & infimo; & bona pars in uno quoque ordine percussa & vulnerata est, & non est necesse, quod istæ partes accipiatur æquales, sicut & totus mundus dividitur in nobiles, seu principes, magistratus, ac plebeios, & tamen partes inter se non sunt æquales, sic & in præsentibus, proindeque cum dicitur tertia

Tertia pars quomodo dicitur percussa.

pars denotatur quod in unoquoque ordine magna pars ceciderit.

Et maxime notandum, quod dicitur in text. Percussa est tertia pars solis, & tertia pars lune, & tertia pars stellarum. Cur à sideribus non incipit, dicens; percussa est tertia pars stellarum; deinde lune, tandem solis; modo resolutum est à nobis solem Prælatos indicare; ecce cur non à sideribus, sed à sole incipit referre percussionem, ac obtenebrationem; quia non ex inferiorum lapsu sequitur superiorum ruina, sed superiorum lapsus ruina est subditorum. Dionys. Carthuf. Percussa est tertia pars solis, id est Prælatorum, qui debent instar solis lucere, & calorem amoris divini in aliorum corde producere, tertia pars lune, id est Congregationis Ecclesiastica; illis subiecta, à quibus est illustranda, & tertia pars stellarum id est inferiorum, quibus ornatur Ecclesia, sicut Cælum astris; ita ut obscuraretur tertia pars eorum, nam ex Prælatorum potissimè Episcoporum ruina, & impia vita inferiores isti passi sunt magnam divina illustrationis & gratia minorationem; splendoremque sanctitatis, & fame perdididerunt.

176. Ex Prælatum lapsu curia est rursus subditiorum.

Ait Christus D. Luc. 22. n. 31. Simeon ecce Satanas expavit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ne desiciat fides tua. Ecce omnes à Satana petuntur, & expentur discipuli & tamen Dominus cum maximè esset sollicitus pro omnibus, pro solo Petro orat: nam salvo, & incolumi principe, omnes alii D. Leo, incolumes, & salvi supponuntur. D. Leo ferm. 3. in annuat. Commune erat, ait, Apostolis omnibus periculum qui de tentatione formidant; & divina protectionis auxilio poterant indigebant: quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino cura Petri suscipitur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis victa non fuerit.

177. Luc. 22.

Salus Fratrum salus est subditorum.

Ecce currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque: & ascendit Elias in Cælum. 4. Reg. cap. 2. n. 11. Ecce magnus Patens Elias rapitur curru igneo, igneaunque flammarum sic moderator, & auriga, cur ergo flamma vorax, habens in se pabulum paratum, nempe Eliam, jejuna est; nec vel mollicum illi nocere scivit? cur flamma præsentis pabulo se reprimat? unte tibi jejunium impressum est; Ex eo quod currus habenas dedit Eliæ, & aurigam jejunatorum vidit ignis statim vorantia flammatorum, quæ alià omnia consumebant, se continent ac reprimunt à jejunante moderatore? tota flammarum voracitas evanuit & ab eo discedit ignis jejunium tenere. Hoc spectat D. Ambros. lib. de Elia, cap. 2. dicens. Quis humana virtute equos igneos, currus igneos potuisset ascendere, regere currus aereos, nisi qui naturam humani corporis, incorruptibili jejunii virtute mutasset. Ex quo patet, quanta Principes, & Prælati justitia teneantur, subditis exhibendo exemplo prospicere, præcipuè cum de illorum exemplo subditorum facta honestatem accipiant.

178. 4. Reg. 2.

Exemplum Prælati maxime movet subditos.

D. Ambros.

QUÆSTIO XVIII.

Quare hic introducitur Aquila clamans Va, & quid significetur per talem aquilam?

179. Aicazar.

Impugnatur.

180. Joachin.

Impugnatur.

181. Beda.

Ticon.

Ribeira.

Cornel.

La Hay.

Impugnatur.

182. Lyran.

Aurcol.

Viegas.

181. Aquila scripta in Scriptura denuntiat malum.

Deut. 28.

Jerem. 4.

Thren. 4.

181.

Promulgatio hic facta in Apocalypsi est hac Aquila.

aliud est, q. n. p. nunciatio, intimatio, ac promulgatio hic facta in Apocalypsi sequentium calamitatum; quæ introducendæ sunt per tres tubas trium sequentium Angelorum; & ad has tres calamitates respicit illud Va tripliciter hic proclamatum. Indèque sub allegoria Aquila ponitur, tanquam nuntius divinæ præsentis, ac Prophetiæ, eorum, quæ sequuntur, quæ celeritimum habebunt cursum & volatum.

Sed dices, quare Deus non est hic usus voce Angeli, vel tubæ, sed unius aquilæ volantis per medium Cælum. Rectè respondet Ferrarius, quod scilicet tam tristis nuntius benè missus est per vocem avis, quæ valdè afficitur ad suos pullos juxta illud Deuter. 32. n. 11. Sicut Aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volans, expandit alas suas. Et assumpsit eum, atque portavit in humeris suis. Ut inde ostendatur summa Dei commiseratio erga genus humanum; idè hic introducitur vox grandis, & valdè triste sonans, ut est vox aquilæ præ cæteris avibus, ita ut vox eius percipiatur ab omnibus cum pronuntiat calamitates, quæ ad omnes pertinent, inhabitantes terram; ejus etiam volatus ostendit decursum miseriarum, non solum in longinqua terrarum, sed etiam in longinqua temporum, ac sæculorum pro quo maximè facit acies oculorum Aquilæ longinqua videns.

Et ne quis putaret, tot scelera ac crimina hominum impunita Deo placere; recogitet in præsentis Joannis hinc stylum. Corruptuntur arbores, igne concepto num. 7. Pereunt miserè naves, & nauæ mari turbato n. 9. Turbantur fontes veneno conjecto n. 11. Hæret Cælum tenebris obductum n. 12. Nec sunt homines, quos non premet tempestas rerum sæva adeo, ut gemitus ab Angelo exprimitur in præsentis. Va, Va, Va, habitantibus in terra, &c. Quod tanta rerum acerbitas? Ad instruendum quod Deo cura est de peccatis hominum, ut ait Rupertus lib. 5. in Apocal. Duplex igitur Deo ratio punientis est: Una ne credatur lenocinari peccantibus, alia ne crescant crimina impunita & scelerum. Nam ut ait D. Aug. q. 39. ex 2. p. in Novum Testam. Qui non arguit quem potest, delinquendi præstat fontem.

Determinans Paulus in schola Christi Corinthiæ reum notæ improbitatis censura ferire, ait 1 Cor. 4. n. 4. Congregatis vobis cum virtute Domini nostri Jesu, tradere huic nodi Satana, in meritum carnis, ut spiritus salvus sit. Poterat quidem Paulus hominem ponere sua manu, tamen motum Præfecti in Senatam collectis. Congregatis vobis negotium aliis, multisque nominibus demandat, ne aliorum culpa tanquam reus notarentur, cum hujusmodi scelera tum in schola permitterent; satis insinuans culpam magistros culpa aliena, quasi assentes; si nolent punire, quod possunt, citatus D. August. Ut conspiciantur: jice. ent illum de caru suo: ne viderentur consentire ejus operibus.

Foritan hac de causa puniens Deus blasphemum mandavit. Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput ejus, & lapides eum populus universus Levit. 24. num. 14. Cur delata puniendi culpa tam multis hominibus committitur, & non uni vel alteri ministro, ut communiter fit in aliis criminibus Salvianus lib. 1.

185.

Deut. 2.

Cur hac vox proclamatur non per Angelum, sed per Aquilam.

186.

Testatur Deo Providentiam temporis humanarum.

Rupert.

D. August.

187.

1. Cor. 5.

Probare improbum magister videtur, qui non puniit.

D. August.

188.

Levit. 24.

Salvian.

lib. 1.

Qua quisque puniit vitare tenetur.

189. Cant. 1.

Mater scelerum impunitas.

D. August.

190. Gloria electorum reprobis est in maiore pena.

Albert. Mag.

191. Aretas.

Angeli testantur suo modo de perditione malorum.

lib. 1. sic ait. Ne qui postea admiseret, quod omnis in uno populus vindicasset. Tamen in præsentiarum illud est notandum, mandatum esse multis hominibus curam puniendi, ut probarent functo ritè officio longe se abesse à sceleribus, quæ punient. Proindeque pro totius populi gloria & honore, tam execrabilis pena commissa est omnibus, ut omnes à tali culpa haberentur alieni; cum omnes talem culpam damnantes punirent.

Inde vox illa est in Cant. Cant. 1. n. 7. Signoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi, &c. Itane sponsum sponfam, & medullitus amatam pungit; si venustatem totius populi illud ingerens: O pulcherrima. Cur eam abire, ac egredi mandat, ac si nesciret, quid ad rectè vivendum faciat. Si ignoras te, &c. sed dicitur sponsum non ita affectu rapitur ut quod justè corrigendum sit, non corrigat; cur autem id faciat scitè August. in Commentar. c. 11. Ubi de schola Christi sermo est. Corripionibus eam reprimit, ne impunitate inflata desideat. Ne leves quidem naves sua in sponsa patitur Deus, ne & nos in nostris familiaribus patiamur, ne eorum crimina nobis impurentur. Mater scelerum impunitas est.

QUÆSTIO XIX.

Quare Aquila ter repetit Va?

UT jam dixi ter Aquila multiplicat Va respiciens ad illas tres calamitates & oppressiones, quæ inducendæ sunt à tribus Angelis sequentibus, canentibus suis tubis. Dices, quomodo hoc poterit stare cum tertio Angelo canente cap. 11. n. 15. cum gloriam beatorum denuntiet, in gloria autem Sanctorum, nullum va reperitur. Objectioni occurrit Albert. Magn. Potest esse, ait, quod gloria electorum quam ille nuntiat, erit ægens penam reproborum, dum videbunt, quantam gloriam amiserunt. Sine dubio gloria electorum, cujus jacturam sua culpa fecerunt reprobis, cederet ipsis in majorem cruciatum & tormentum.

Secundò Aretas Tripliciter va, ait, propter celestium erga nos condoleantiam, propter quam etiam potissimum va ipsis tripliciter, ad signandam lamentationem maximam, quam nostri gratia suscipiunt, tanquam ob suos conservos, id è que, conjigit, ut illi affluentis tristitia afficiantur. Ter pronuntiat Aquila va propter Angelorum condoleantiam qui de malorum perditione, aliquali, quantum dici potest, afficiuntur mortificati.

Tertiò, Cardinalis Hugo. Triplex va erit malis, quia va anime, va corpori, va conjuncto, triplex va propter penarum multitudinem, que erit in inferno, vel inseparabilitatem, vel universalitatem; triplex va vel propter penam damni, & penam sensus, & penam mali consortii. Triplex va malis prædicitur. Ternarius numerus multitudinem sive quasi infinitatem denotat. Dicitur enim tria esse omnia: Unde antiqui ut significarent principium, finem, & medium in Deum referendum: Tria ipsi in sacrificio offerebant: Unde & quidam Philosophus dicebat; ipsum omne ac omnia tribus sunt definita: Ecce

cur va triplex pronuntiat, ut inhuatur, nullam esse maledictionem, & infelicitatem; quæ eos non involvat & notanda verba Hægonis. Triplex va, vel propter penam damni, vel penam sensus, vel penam mali consortii. Tam gravis est una mala societas, ut cum pena damni, vel sensus in inferno computetur. Quartò, & ultimò, Aquila ter inclamat va ad denotandam totius sanctissimæ Trinitatis indignantiam. Ut aliqui moralizant.

Et ait Aquila. Va, Va, Va habitantibus in terra; ingeminat super habitantes in terra, quos notantur homines, domum, seu cor, in terris habentes, terrena diligentes, qui de mundo ut cives cogitant. D. Ambros. Non omnes, ait, homines comprehendit; sunt enim in terris positi quorum conversatio in Cælis est: sed eos, quos terrena conversatio affecit, & hujus sæculi gratia viciis.

Narrat scriptor Canonicus, quod Caius. Egressus à facie Domini, edificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Enoch. Genes. 4. num. 16. & 17. In quo loco duo maximè veniunt examinanda, & primum, quod in terris urbem & non castram extraxerit, ut beneque ab Enoch appellatam voluit; nam Enoch Hæbraicè dedicatio est, Latine autem initiari, auspiciari dicit, ac sic Caius morari in terris non peregrinari vellet; ut nobis exprimit D. Augustin. interpretat. lib. 15. de Civitate

cap. 22. Cujus nomine, ait, terrenam condidit civitatem non peregrinans in hoc mundo, sed in ejus temporali pace & felicitate quiescentem. Aliter ratio & maximè ad nostrum scopum quod eiecit Cain à facie Domini urbem edificavit: Egressus à facie Domini, &c. Tunc civitatem extruxit, cam eiecit est à facie Domini ac si Caius ad Deum nihil pertinere, spe jam profectæ fortunæ beatissimæ, solus enim qui hanc spem projecit de terrenis curat, & urbem edificat, Rupertus lib. 4. in Genes. c. 11. Profectus, ait à facie Domini, nec habens sortem in civitate ejus celesti. Quod à D. Greg. explicatur lib. 16. moral. cap. 5. In terra fundamentum posuit, qui à soliditate æternæ patriæ alienus fuit.

Veniens Jacob in Egyptum, introductusque ad pharaonem interrogavit eum. Qui sunt dies annorum vite tuae Respondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, & non pervenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Genes. 47. num. 8. & 9. Quid agis Jacob, Pharaon tantum interrogat numerum tuorum annorum, nihil de vite tuæ peregrinatione rogat, nec de tali re verbum habet, ad quid non solum tuam, sed etiam avorum tuorum peregrinationem in medium proponis, ad quid præter interrogata respondes? Cognoscebat se Jacob maximè adstrictum, ac obligatum Pharaoni, ob tot cumulum honorum, ac dignitatum in Joseph filium collatum, obque tantam benignitatem, qua ipsum, cum tota sua sobole, ac progenie excipiebat, & ut tantis beneficiis se gratum exhiberet, erga Regem, ei ante oculos objicit suam sociumque avorum peregrinationem, ut Princeps, qui ut rerum Dominus nesciebat, vel saltem non meminerat, se esse in terris peregrinum, ut inde de sua peregrinatione cogiter Rex & sciat se non habere hic permanentem sedem, sed aliam altiore, & futuram inquirendam, sed aliam altiore, & futuram inquirendam, T r 3 Rupertus

191. Terrenis summam miseriam denuntia. ur.

Gen. 2.

D. August.

De terra agit qui de Cælo non cogitat.

Rupert.

D. Greg.

191.

Genes. 47.